Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

Augustus habet dies xxxi. Luna xxx. Prefacio in augustum.

[L]Egimus augusti
nomen ab augendo uocabulum
accepisse. Ideoque misericordiam aucto
ris omnium imploramus. ut ipse
qui scōs templum sue habitacionis
instituit. ⁊ eos sibi diuisorium esse
elegit. in nos eorum opitulacione pi
issima benediccionis munus īfun
dat. ⁊ iter ceptum ambulare con
cedat. pabulum ubi benignus īpendat.
calamum siccum sue pietatis rore per
fundat. ⁊ augusti inicium capienti
bus scribendi dona contribuat. ⁊
cumulando potentissimus augeat.
⁊ quoniam ipsius est opus. ipsius mag
nificetur ⁊ uirtus.

Ad vincula sancti petri.

[S]OLLEMPNEM OBSERVACIONEM HUIUS FESTIVE DIEI
ritibus gentilibus superstitionem in re
ligionem conmutantem sus
cepit ecclesia dei. sicut ⁊ alia mul
ta. que ad hoc ecclasticis annali
bus leguntur inserta. ut sicut re
muniabilia scōrum gesta dum leguntur
recte gradientibus pieque uiuentibus
prosunt ad edificationem. ita dam
nabilia prauorum facta eorumque pena
errantibus proueniant ad correptio
nem. Hac namque de causa scā eccle
sia primitiua sui institucione su
persticiones ⁊ ritus gentilium. aut
prophanos ⁊ execrabiles penitus respu
ens condemnauit. aut exemplares
⁊ sobrios xpiana religione inmelius
Hac ergo felici commutacione huius
sacre diei obseruancia a supersticio
sa cerimoniarum ritu augusti cesa
ris. in religiosam transiit uenacio
nem euglici piscatoris. ut liquido
constaret sicut huic concessit salu
taris xpi aduentus. ea suo tempore
potiri pace. ut eius edicto uniuersus
describeretur orbis. ita ⁊ huic colla
tis clauibus regni celestis donauit
gracia xpi primatum ecclastice digni
tatis. Quomodo autem supersticiosus
hic ritus. qui quot annis exhibebatur
sextilibus kalendis. in xpianam re
ligionem transierit in promptu est au
diri. ita tamen ut sobrius auditor
paucis contentus sit. Interfecto in sena
tu iulio cesare. octauianus eius ex
sorore nepos suscepit imperium. Qui
tum duodecim annis cum antonio ⁊
lepido bellicose administrasset. an
tonius repudiata ipsius augusti
sorore reginam egipti cleopatram
duxit uxorem. quod ei exicialis au
dacie inicium attulit ⁊ finem. Nam
opibus ⁊ copiis adeo intumuit.
ut non solum romane urbis. sed-